



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corolla Siue Rosarivm SS. Trinitatis

Coloniae, 1642

Modvs Orandi propriè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55132)

MODVS

Orandi propriè.

IN hoc Modo duo seruanda sunt. VNVM pertinet ad modum simpliciter & piè COROLLAM orandi. Continetur autem quatuor regulis sequentibus.

I. Efformanda statim initio Sancta Crux, & dicendum: *In nomine Patris, & Filij & Spiritus-sancti, Amen. Credo in DEVM Patrem &c.* Hoc enim materiata, Cruciculâ indicatur.

II. Ducendum sacrae Litaniae initium.

SS. TRINITATIS.

1. Pater de calis DEVS

2. Fili Redēp. mundi DEVS

3. Spiritus sancte DEVS

4. S. TRINIT. unus DEVS

Miserere m.

III. Dicenda Oratio Do-
minica & salutatio Angelica,
quoties ad consequentium
globulorum maiorem aliquē
ventum fuerit.

IV. Ad omnes globulos
minores dicendum: *Gloria*
Patri, & Filio, & Spiritui-san-
cto: sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in secula
seculorum. Amen. Hæc vocatur
DOXOLOGIA, *Glorificatio SS.*
TRINITATIS.

ALTERVM spectat ad mo-
dum maiore cum fructu & af-
fectu Corollam recitandi; &
his sex veluti capitibus expli-
catur.

1. Quid

COROLLA

1. Quid.
 2. Qua de causa.
 3. A quo.
 4. Cum quo.
 5. Quibus verbis.
 6. Quibus circumstantijs
- } repetitio
} loci, ge-
} suum.

I. Corollæ recitatione, & toties in ea repetita Doxologia Quid agere possumus?
II. DEVM laudare, omnesque SS. TRINITATIS Personas.
III. Iisdem gratias agere. III. Ab alijs aliquid petere. Cogita igitur antequam Corollam incipias peruoluere, Quid nam horum velis? An omnia simul. An duo, An, quod sæpe utilius, vnum tantum. Si tamen omnia velis, potes vel simul, vel in vna decade hoc, in alia aliud.

H.

SS. TRINITATIS. 7

II. Propone tibi causam,
vel communem, vel singu-
larem, ob quam DEVM sic
laudare velis. Vel si plures,
potes eodem modo illas si-
mul intueri, vel in diuersis
decadibus. Verbi gratia. Vo-
lo gratias agere, aut DEVM
laudare, ob CHRISTI IESV Sa-
cro-sanctam Natiuitatem,
Passionem, Resurrectionem,
Ascensionem, Descensum Spi-
ritus-sancti. Ob conuersio-
nem meam. Vel huius aut il-
lius. Ob beneficium aliquod
diuinitus, priuatim, aut pu-
blicè acceptum: & sic de simi-
libus. Ad eundem modum
expende *Quid* petere velis.
An virtutem aliquam, & gra-
tiam? An liberationem à ten-

8 **COROLLA**
satione aliqua? An in studijs
tuis opem & auxilium diui-
num? In omnibus enim pe-
tis vt sit DEO Gloria.

III. Pone tibi ante mentis
oculos SACRO- sanctam TRI-
NITATEM è summo Diuinita-
tis suæ throno te aspectan-
tem, attendentem ad lauda-
tionestuas. Vel vnã saltem
Personam Diuinam tibi ob-
ijce, Verbi causa Patrem æ-
ternum Creatorem: Filium
incarnatum, passum, crucifi-
xum: Spiritum sanctum de-
scendentem super Apostolos.

IV. Pura te iam versari cū
SS. Angelis, vel potius eos
tecum iam DEVM glorificare:
ad ille tecum summa cum hu-
militate Beatissimam Domi-
ni

SS. TRINITATIS. 9

ni Aneillam, DEI Matrem,
Cælorum Reginam glorio-
sissimam, cuius salutationem
recitas: adesse sanctos omnes
Patriarchas, Prophetas, Apo-
stolos, Martyres, Confesso-
res, Virgines, denique omnes
Cælites: sed maxime eos, quos
Patronos habes, aut quo-
rum festus dies, vel memoria
agitur. Imò & inferiores crea-
turas, Solem, Lunam, Ven-
eros, Arbores, Flores. Hæ e-
nim etiam DEVM benedicunt,
& quantum possunt, laudant.

V. Potes, si lubeat, ma-
ximo cum fructu singula Do-
xologiæ verba expendere, &
quasi ruminare. Exempli caul-
sa. GLORIA, non mihi vilissi-
mo pescatori, sed PATRI, qui
a s Crea-

NO COROLLA

Creator Omnipotens, & Fi-
LIO Redemptori meo, & SPI-
RITUI SANCTO largitori do-
norum liberalissimo: Nunq,
in hac vita, hoc anno, die, ho-
ra, momento, in hoc nego-
cio: ET SEMPER, post hanc
vitam, annum, diem, horam:
non tantum Te iam laudem,
sed semper, ET IN SECVLA SE-
CVLORVM. AMEN. Ita fiat.

VI. Adiuuabit multum
consideratio. *Primò*, tempo-
ris, Verbi gratia, festi TRINI-
TATIS, Natiuitatis, Circum-
cisionis. *Secundò*, loci, V. G.
in templo, museo, curia, cam-
po. *Tertiò*, circumstantiarum
aliarum. V. G. gestuum, qui-
bus ad pietatis sensum affice-
ris, vt est brachiorum exten-
sio,

SS. TRINITATIS. In
fio, oculorum in cælum ele-
uatio, genuum flexio.

UTILITAS

*Multiplex ex hoc Corollam oran-
di modo proueniens.*

Melius ea exponi non po-
test, quam declarando,
quænam in se Corolla SS.
TRINITATIS, & eius recita-
tio contineat. Paucula breui-
ter indicabo.

I. Continet fidei Catholicæ
de summo & primo creden-
dorum Articulo professio-
nem, contra omnes Sacro-
sanctam TRINITATEM ne-
gantes, & oppugnantes, Pa-
ganos, Iudæos, Turcas, & ge-
neratim omnes cuiuscumque
sectæ hæreticos. Quia in so-
la